quae ipse praedixerat, resurrectionem [suam] confirmabat; quod autem hos attinet, quibus primis eum videre contigit [resuscitatum] nulla ratione ex iis, quas diximus, revelans sese, aut ad quidnam corrigendos ~~correctionem~~ subjiciens ex Prophetis et Mose accusat ~~eos~~, ignorantiamque ~~hs~~ et a mente et ab oculis eorundem amolitur. Atque hoc quidem eximium admodum est, ut firma regula constitui queat. Ubi enim vel ad docendum vel ad coarguendum suos sermones suam passionem citabat, Mosaicum etiam atque Propheticum testimonium adjungebat. At ubi per Prophetica et Mosaica oracula passionem, gloriamque suam et resurrectionem revelabat, his satis habebat, nullas alium petens confirmandi rationes. Tantam vim veritatis, tantam utilitatis magnitudinem in Mosis atque Prophetarum dictis agnoscebat. Non quod potiora ~~anteferenda~~ non essent, sed quoniam ita volebat Legis oracula eventuum dignitate et virtute perfrui. Illis namque [Evangelio] Gratia domestica sufficiebat: illis autem [Legalibus] opus erat, ut ornatus ad nobilitatem suam declarandam adhiberetur. Sed nihil aeque efficax est, quam verba Domini ipsius audire. Ait enim: Carentes ac segnes animo ad credendum omnibus, quae locuti sunt Prophetae. Luc. XXIV. 25.
Audis, qua ratione per ~~ex~~ Prophetas eos vituperet? Tum deinde: v. 26.
Nonne haec necesse erat pati Christum, atque ingredi ~~ad~~ in gloriam suam? (Gloriam Salvatoris Prophetae praedicant: at tu ad ultimam eos, vel potius ipsum ~~depell~~ detrudis

contu-